



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XIV. An Baptismus liberet à lege Dei, Ecclesiæ, & à Votis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

fatuæ excusantur à nuptijs, non quod  
virgines nouissent in fide illibata; sed  
quod non ornari essent lampadibus pa-  
ratæ. Certe i. Pet. 2. *Milii erat eis non  
cognoscere viam iustitie.*

2. Atque tamen si Rom. II. Tu fides: as:  
tamen Noli altum apere: nam excidere si-  
de potes: Sicut pater mendacij ab initio in  
veritate non fletit. Meus ille Iudas verè, vt  
cæteri, credidit; at excidit fide, ac periret.  
Ita multi, i. Tim. 1, circa fidem naufragi-  
uerunt. Thômas & Apostoli steterunt  
mecum in fide; sine me exciderunt: per-  
iissent, nî ipsos restituissim.

#### QVÆSTIO XIV.

*An baptismus liberet fidèles a lege Dei, Eccle-  
sie, & à Voto?*

#### XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI iuxta & CALVINIANI aiunt,  
Christianos ad aliam Deiclegem non obliga-  
ri, nisi ad Fidem: inq; hoc Christianam con-  
stere libertatem. Vide Lutherocal.p.3.q.27.

CHRISTVS. Ego vero perne-  
cessarium esse docui: Matth. 19. Si vis ad  
vitam ingredi, serua mandata: Omnino,  
Mat. 5, nolite putare quoniam veni soluere le-  
gem. &c. Proinde qui seruat mandata mea,  
hic est qui diligit me. Mat. vlt. Baptizantes.  
&c. & docentes eos seruare, quæcumque man-  
dani vobis.

#### XVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINIANI aiunt omnes,  
Baptismum omnes ab omni etiâ humana le-  
ge obseruanda absoluere, cum nulla obligare  
conscientiam possit. &c.

CHRISTVS. Tales me conuenie-  
bant, vt circumvenirent, Luc. 20. Licet  
ne tributum dare Casari, an non? Quibus in-  
quam: *Quid metestatis hypocrita?* Ro. 13.

*Omnis anima Potestatis sublimioribus sub-  
ditâ sit. Non est enim potestas nisi à Deo. &c.  
Mat. 7. Reddite ergo Casari, quæ sunt Ca-  
sari, & qua Dei, Deo.*

2. Quid ego Pilato? Ioan. 16. Non ha-  
beres potestatem aduersum Me ullam, nisi tu  
bi datum esset desuper. Idec, Heb. 13. Obedi-  
te Præpositis vestris, & subiacete illis. Ipse  
nim per vigilant pro vobis, quæsitionem red-  
duti i pro animabus vestris.

#### XVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ: Baptismus libe-  
rat à Voto tam faictis, quam faciendis.

CHRISTVS. Stat, perstatq; lex, Ps.

75. *Vouete, & reddite Domino Deo vestro.*  
Et vero præclare norat vim Voti mea  
Deipara, dum dixit ad Angelum: *Quomo-  
do fieri istud, ut à voto absoluatur, quoniam ex  
voto virum non cognosco?* Deuotæ enim  
Deo, i. Tit. 5. *Cum luxuriate fuerint in Chri-  
sto rubore volunt, habentes damnationem;*  
*quia primam fidem irritam fecerunt: at hæ  
baptizatae fuerant, neque tamen à voto  
liberatae.* Plura par. 2.

#### QVÆSTIO XV.

*Baptismus Christi, & Ioannis an si  
idem?*

#### XIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ, p.3.q.31. contra Lu-  
therum, affirmant idem esse sacramento,  
& efficacia.

CHRISTVS. I. Nec ipse Ioannes  
baptismum suum esse Sacramentum  
vnquam dixisset: quod altioris id esse  
potestatis sit professus: *Non sum ego Chri-  
stus: sed qui medius vestrum fletit, ille est: ca-  
sus non sum dignus soluere corrigiam calce-  
menti.*

2. Ipse